INDEX
PRAELECTIONVM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE HIBERNUM

A DIE XVII. OCTOBRIS MDCCCXV.

HABENDARVM.

LITTERIS ADLERIANIS.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

X

PRAELECTIONES
PROFESSORVM PVBLICORVM.

IN FACVLTATE THEOLOGICA.

D. SAMUEL GOTTLIEB LANGE, hora X — XI. Evangelia Matthaei, Marci, Lucae et Joannis interpretabitur, et hora XI — XII. theologiam moralem docebit.

D. GUSTAVUS FRIDERICUS WIGGERS, *privatim* h. IX — X *hiſtoriae eccleſiaſticae alteram partem* enarrabit, h. X — XI. *epiſtolam Pauli ad Romanos et utramque ad Corinthios* interpretabitur, h. XI — XII. *theologiam dogmaticam* docebit et h. II — III. *encyclopaediam et methodologiam theologicam* tradet. *Publice inſtauratae religionis hiſtoriam* enarrare perget, atque *Seminarii ſodalium homileticas et catecheticas exercitationes*, more conſueto, moderabitur.

D. ANT. THEOD. HARTMANN, hor. VIII — IX. Introductionem in Nov. Teſt. et in libros Vet. Teſt. apocryphos praeibit. Hora X — XI. Epiſtolas Paulinas majores et Epiſtolam ad Hebraeos interpretabitur. Hora II — III. Pſalmos explicabit.

IN

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

IN FACULTATE IURIDICA.

IO. CHRIST. ESCHENBACH, hora II — III diebus Lunae et Martis ius feudale commune et patrium duce PAETZIO, et hora III — IV quinque per hebdomadem diebus *ius publicum Megapolitanum* duce HAGEMEISTERO explicabit.

D. ADOLPHUS DITERICUS WEBER, per inſtans ſemeſtre hibernum lectionibus privatis hor. matut. 8 — 9 et 9 — 10. *Pandectas* ſecundum HELLFELDII *iurisprudentiam forenſem* docebit.

D. CHRISTIANUS GOTTLIEB KONOPAK, Dr., 1) inſtitutiones juris romani privati ad librum a ſe ſcriptum h. X, 2) jus germanicum privatum duce Rundii compendio h. XI. tradet.

IN FACULTATE MEDICA.

D. SAMUEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P. P. O., ſemeſtri inſtante hiberno *Pharmacologiam* atque *Medicinam clinicam* Audituris offert.

D. GUILIELMUS JOSEPHI, Med. P. P. O. Ordinis Ludoviciani Haſſici eques, per inſtans ſemeſtre hibernum, 1) horis matutinis usque ad meridiem *ſectiones anatomicas* inſtituet et *corporis humani partes demonſtrabit;* 2) hor. II — III. *Chirurgiae* primam partem tradet.

D. GEORGIUS HENRICUS MASIUS, per id, quod inſtat ſemeſtre ſcholas medicas habebit has: 1) *Encyclopaediam et Methodologiam medicam;* 2) *Phyſiologiam* ex ſuo libro (Grundriſs anthropolog. Vorleſ. Hamb. 1812.); 3) *Therapiae ſpecialis alteram partem*, de morbis chronicis; 4) *Medicinam popularem* (die Volksarzneikunde); 5) *Medicinam forenſem* ad compendium ſuum (2te Aufl. Hamb. 1812.). — — Loco clinici academici *publici*, ex illo tempore, quo Univerſitas noſtra eſt reſtaurata, nunquam recte inſtituti (quod verum eſſe dolendum eſt!) exercitationes clinicae *privatae*, quaſi ſubſidium, medicinae candidatis offeruntur. Faxit Deus, ut redeunte pace et illi deſiderio ſatisfiat! —

D. CARO·

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 4 of 8

D. CAROLUS ERNESTUS THEODORUS BRANDENBURG, P. P. O. et civit. Roſtochienſ. Phyſicus per inſtans ſemeſtre hibernum *Therapiam generalem* et *Therapiae ſpecialis partem alteram de morbis chronicis*, nec non *Materiam medicam* duce *Arneman* Auditoris tradet.

LUDOLPHUS CHRISTIANUS TREVIRANUS, M. D. Hiſt. Nat. et Bot. P. P. O. hoc ſemeſtri 1) *Botanices* partem ſecundam, quae de *plantis cryptogamicis* i. e. ſexu obſcuro praeditis tractat, 2) *Phyſiologiam plantaram* exponet, 3) *Vegetabilia noſtratia*, quae *materiam medicam* ingrediuntur, exſiccata modo examinatorio demonſtrabit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, Theol. Jur. et Philoſ. Doct. Academiae ſenior, L. L. O. O. P. P. O. et Protobibliothecarius, Ser. Magni DVCIS Regn. Vice-Cancellarius et Regii Ordinis de Stella polari Eques, h. c. D.

h. IX. Dialectorum hebr. arab. aram. rab. initia, ad optionem Commilitonum quater per hebdomadem redauspicabitur; binis reſiduis horis Palaeographiae et calligraphiae orientalis mira arte effecta omnis generis exempla ad enucleandum, exprimendum atque luſtrandum proponet.

h. XI. Antiquitates hebraicas ter enarrabit; horis reliquis monumenta, quae extant, phoenicia tam in numis, quam in marmoribus, ob ſummum eorum in Fontium hebraicorum criſi uſum explicabit.

GUSTAVUS SCHADELOOCK, *Philoſophiae Doct. et Mathem. Prof. P. O.* durante hieme tradet *Scientias opticas*, atque utramque *Trigonometriam*, tam *Planam*, quam *Sphaericam;* neque, ſi quibus placeat, *Matheſin puram* iterum examinare dubitabit.

P. J. HECKER, Matheſ. Prof. P. O. 1) calculi literalis et algebrae praecepta tradet, 2) trigonometriam utramque tam elementarem quam analyticam docebit, et 3) inſtitutiones analyſeos finitorum et infinitorum continuabit.

FRAN-

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, Oec. P. P. O. per inſtans brumale ſemeſtre h. c. D. 1. *Encyclopaediam cameralem* ad theſes a ſe ſuppeditandas; 2. *Artem aedificandi aedificia oeconomica et ruſtica*, 3. *Trigonometriam planam* ad ductum compendii b. fratris: Auszug ꝛc. docebit. Horas iuſto tempore e tabulis indicabit publicis.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, hiſtoricar. atque politic. doctrinar. P. P. O. privatim 1) h. XI — XII. *hiſtoriam praecipuorum Europae regnorum*, duce Meuſelio; 2) *Germaniae ſtatum hodiernum politicum*; privatisſime vero *Geographiam*, methodo conſueta, exponet.

J. S. BECK, P. P. O. 1) Logicam h. VIII — IX; 2) Matheſin puram h. III — IV.; 3) Jus naturae h. IV — V. 4) Aſtronomiam h. V — VI. docebit.

M. JOH. FRIED. PRIES, h. VIII — IX *Aeſtheticen* tradet; h. IX. *ſtili germanici* ſcholam aperiet, praeceptis exemplisque omnem eum artis oratoriae locum expoſiturus, qui *elocutionem* amplectitur.

IMMANUEL G HUSCHKE, Prof. Eloq 1) Euripidis tragoedias, Medeam et Phoeniſſas, interpretabitur hor. IX — X. 2) Hiſtoriam litterarum Graecarum enarrabit hor. XI — XII.

G. SARPE, Prof. graecae linguae, 1) *Romanorum antiquitates* enarrabit ſecundum librum, qui inscribitur: *Antiquitaeten und Archaeologie der Griechen und Roemer*, *von I. C. L. Schaaf Magdeb.* 1808. — horis poſtmeridianis III usque ad IV; 2) *Iliadis rhapſodias priores* interpretabitur tempore audituris commodo.

* * *

FRID. STEINHOFF, Prof. Medicin. veterin. 1) Anatomiam comparatam animalium domeſticorum demonſtrabit. 2) Zoöpharmacologiam proponet.

D. GUSTAVUS MAEHL, P. P. et med. Facultat. Aſſ. extraord. hor. X — XI Chemiam experimentalem et hor. XI — XII Pharmaciam proponet.

PRAE-

PRAELECTIONES DOCTORVM PRIVATORVM.

THEOLOGICAE.

JOANNES MARCUS CONSTANTINUS TARNOW, interpretationem Novi Teſtamenti inſtituet, junctis obſervationibus themata ad homilias apta e pericopis inveniendi.

JURIDICAE.

D. I. F. T. BURCHARD, inſtitutiones juris et hiſtoriam patriae tradet.

D. JO. CHR. KOPPE, Bibl. Acad. Præf. et Conſiſt. Protonotar. *Antiquitatem romanam inprimis iuris romani ex ſchedis* ſuis, *duce Goedio* vero *Germanicum ius privatum* horis Audituris ſibique commodis tradet.

K. H. STEVER, DD. duabus quotidie horis et Inſtitutionum juris Romani, ſecundum Waldeckii beati compendium, et hiſtoriae juris praelectionem inſtituet. Primis autem lectionum horis hiſtoriae civitatis Romanae lineamenta commilitonibus ſuppeditabit.

MEDICAE.

D. IOANNES ERNESTUS HENRICUS ALBAN, privatim 1) Phyſiologiam ad filum compendii Doctoris Maſii (Grundriß der Anthropologie) hora IX — X et 2) Morbos oculorum hora IV — V tradet. Publice exercitationes examinatorias anatomiae et chirurgiae horis auditoribus commodis inſtituet.

PHI-

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

PHILOSOPHICAE.

M. JOACHIMUS HENRICUS LUDEWIG, L. Angl. L. Publ., conditionibus ſolitis ſedulam offert operam iis qui linguam anglobritannicam perdiscere cupiunt. Pariter et in converſatorio anglico praeſto erit, neque deerit iis qui manuductionem ad hiſtoriam univerſalem deſiderant. De horis his lectionibus destinandis tempeſtive ut velint convenire, rogatos vult Commilitones honoratisſimos.

JOANNES MARCUS CONSTANTINUS TARNOW, *Ethices* praecepta tradet.

M. A. C. SIEMSSEN, horis commodis *Geognoſiam* et *Matheſin puram*, Wernero et Segnero ducibus, tradet.

M. CAROLUS GENZKEN, *publice* Homeri Odysſeam, *privatim* hora V—VI. Horatii ſermones et epiſtolas interpretabitur.

Bibliotheca et *Muſeum* quouis Mercurii et Saturni die aperiuntur. *Gallicam*, *Anglicam*, aliasque linguas exoticas addiſcendi occaſio haud deficit. Adſunt etiam magiſtri publice conſtituti, qui artem *equitandi*, *ſaltandi* et *pingendi* docent.